



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agrippinae, 1684**

19. An per clausulas derogatorias derogetur privilegiis habentibus  
clausulas derogatorias derogatariorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

mensa, concursum obnoxias, sed satis esse quod ab Episcopo iudicentur idonei, de  
 finivit Rota Romana. *Farin. decis. 102. nu. 1. part. 1. juxta tradita cap. 1. de capell. monach.*  
 Ecclesiam autem subjectam esse annexam, vel de mensa, multifariam probatur, de  
 2 quidem primo per instrumenta unionis vel annexionis. *Farina. d. decis. 102. nu. 1.*  
 secundo, per alia indicia, nimirum si proberetur Monasterium ante Ecclesiam aedifica-  
 tionem domini jure habuisse fundum in quo Ecclesia inaedificata est. *glo. & DD. de*  
*de Monach. verb. proventus de prebendis. Butr. c. eam nu. 11. vers. nota hanc glossa*  
*atate & qualis. Fel. cap. ex parte 2. nu. 1. & seqq. de Rescriptis.*

Tertio, per solutionem onerum: solutio enim onerum pro aliqua Ecclesia deno-  
 tat Dominium illius Ecclesie pro qua ejusmodi onera solvuntur, ad solventem perti-  
 nere. *d. cap. de Monachis d. cap. avarusa de prebend. Lambert. d. loco de quo articulo vide*  
 etiam quae infra scripti qu. 23.

Quae conclusio etiam ad Vicarias perpetuas Monasteriorum est extendenda, uti  
 3 resolvit idem Farinaceus *d. dec. 102. nu. 9. & 10. part. 1.* quia de deputatione Vicarii  
 perpetui Ecclesia non definit esse de mensa. *Vnal. Clem. frequens nu. 35. & 34. de ex-*  
*cessibus Pralat. Farin. d. decis. 102.*

---

### Q V A E S T I O XIX.

An per clausulas derogatorias derogetur privilegiis habentibus clausulas  
 derogatorias clausularum derogatarum?

#### S U M M A R I U M.

1. In ambiguis recurrendum ad S. Sedem.
2. Quod etiam extenditur in ambiguitate rescriptorum.

**D**ecisio hujus dubii pendet ab energia & pondere clausularum, uti respondit  
 licet ambiguis, Federicus de Senis *conf. 233. adde Decium cap. quod semel de reg.*  
*Jur. in 6. Cravet. conf. 119.* Si vero clausulae sint tales, quae eadem pensari possint trutinam,  
 neque ex eis possit iudex animi sui motum alterutram in partem deflectere, erit pro  
 1 interpretatione ad S. Sedem recurrendum, *cap. inter alia de sent. Excomm. cap. ordinari*  
*& si vero de offic. ord. in 6. cap. de sent. Excom. c. ordinari* § si vero de offic. ord. in 6. cap. cum  
*venisset de Judicis. Feder. d. confil. 233.* ut & quoties de interpretatione, veritate, falsita-  
 2 tate Rescriptorum dubitarum est, ad S. Sedem rescribendum. *Feder. de Senis conf.*  
*219. arg. etiam c. 2. de Rescript. & cap. 2. de crim. falsi cap. in memoria dist. 19.* alioquin  
 enim id negligens, falcem suam in messem Pontificiam immittere censetur. *d.*  
*cap. ordinari & in alia specie fautor falsificantium existimabitur, c. quanta de sen. Ex-*  
*com. cap. negligere 23. qu. 7. Feder. d. conf. 219.*

---

### Q V A E S T I O XX.

Quae est vis clausulae, Quorum tenores, &c.

SUM-